



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

SECUNDVM.

dē via, visoq; illo praterijt. Sifr & leuita, cū iret iuxta locū, cū ac-
cessisset ac vidisset eū, praterijt. Samaritan⁹ autē qdā iter faciēs, ve-
nit ad eū, & viso eo misericordia mor⁹ est, & accedens obligauit
vulnera eius, infundēs oleū ac vinū, & imponēs illū in suū iumen-
tū, duxit in diuersoriū, & curā eius egit. Et postero die egrediēs,
deprōptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei: Curā illi⁹ habe,
& quodcūq; preterea insūperis, ego, cū rediero, reddā tibi. Quis
ergo horū triū videt tibi pximus fuisse illi, q̄ incidit in latrones?
At ille dixit: Qui exercuit misericordiā in illū. Ait igit̄ illi Iesus:
Vade & tu fac sifr. Factū est autē dū irent, vt ipse intraret in quod-
dā oppidulū. Ac mulier qdā Martha noīe, excepit illū in domū
suā & huic erat soror noīe Maria, q̄ etiā assidēs ad pedes Iesu, au-
diebat sermonē illius. Martha autē distrahebat̄ circa frequēs mi-
nisteriū, q̄ assistens ait: Dñe, non est tibi curæ quod soror mea re-
liq̄t me vt sola ministrem? dic ergo illi, vt me adiuuet. Et rōdens
dixit illi Iesus: Martha, Martha, sollicita es, & tumultuaris circa
multa. Atqui vnū est necessariū. Maria bonā partē delegit, quæ
non auferetur ab ea.

¶ CAPVT. XI.

e T factū est cū oraret quodā i loco, vt cessauit: dixit qdā
ex discipulis ei⁹ ad eū. Dñe, doce nos orare, sicut & Io-
ānes docuit discipulos suos, Et ait illis: Cū oratis, dicite: P̄ n̄, q̄ es
in celis sanctificet̄ nomē tuū, adueniat regnū tuū, fiat volūtas tua
quēadmodū in cœlo sic etiā in terra, panē n̄m cotidianū da nob̄
hodie, & remitte nob̄ pctā n̄a, si qdē & nos remittim⁹ oī debent̄
nob̄, et ne nos iducas i tētatiōez, s̄ libera nos a malo. Et ait ad illos

Quis v̄m habebit amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi
 Amice da mihi mutuo tres panes, quoniā amicus meus venit de
 via ad me, & nō habeo quod apponā illi, & ille int̄ respōdēs dicat:
 Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum est, & pueri mei mecū
 sunt in cubili, nō possum surgere & dare tibi. Dico vobis, etiam si
 nō datur⁹ sit illi surgens, eo quod amic⁹ eius sit, ppter improbitatē tñ
 eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus. Et ego dico vobis:
 Petite: & dabit vobis: q̄rite, & iuenietis: pulsate & aperiet vobis.
 Omnis enī qui petit, accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti.
 aperiet. Quis aut̄ ex vobis pater, a quo si fili⁹ petierit panē, nū la-
 pidē dabit illi? Aut si piscē, num p̄ pisce serpentē dabit illi? Aut
 si petierit ouum, num porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum
 sitis mali, nostis bona dona dare filijs vestris, quanto magis p̄ v̄
 celestis dabit sp̄m̄ sc̄tm̄ poscētibus se. Et erat eijciēs dæmoniū, &
 illud erat mutū, cūq; eiecisset dæmoniū, locut⁹ ē mut⁹, & ammi-
 ratē sunt turbæ. Quidā aut̄ ex eis dixerūt: p̄ Beelzebul principē
 dæmoniorū eijcit dæmonia. Et alij tētantes, signū de cælo quæ-
 rebāt ab eo. Ipse aut̄ cū sciret cogitatiōes eorū, dixit eis: Omne reg-
 nū aduersus seipsum diuisū desolat, & dom⁹ sup̄ domū cadit. Quod
 si satanas q̄z aduersus seipm̄ diuis⁹ ē, quomō stabit regnū ei⁹? quæ
 dicitis, per Beelzebul eijcere me dæmonia. Quod si ego Beelzebul
 præsidio eijcio dæmonia filij vestri cuius præsidio eijciūt? Ideo
 ipsi iudices vestri erūt. Porro si digito dei eijcio dæmonia, profe-
 clo peruenit ad vos regnū dei, Cum fortis armatus custodit atri-
 um suum, in pace sunt ea quæ possidet. Vbi vero fortior eo su-

SECUNDVM.

petueniens vicerit eū, vniuersa arma eius aufert, in quibus con-
fidebat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecū, contra me est,
& qui non colligit mecū, dispergit. Cū immundus spiritus exi-
erit ab hoīe, ambulat per loca arientia, quærens requiē, & non in-
ueniens dicit: Reuertar in domū meam vnde exiui. Et cū venerit,
inuenit eā scopis mundatā atq; ornatā, tunc vadit, & assumit sep-
tē alios spiritus secū nequiores ipso, & ingressi habitant ibi, & fi-
unt extrema hoīs illius peiora primis. Factū est autē cū hæc dice-
ret, extollens vocē quædā mulier de turba dixit illi: Beatus ven-
ter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo,
beati q̄ audiunt sermonē dei, & custodiunt illū. Turbis autē con-
densantibus se, cœpit dicere: Natio hæc mala est. Signū querit,
& signū nō dabit ei nisi signū Ionæ pphetę. Nā sicut fuit Ionas
signū Niniuitis, ita erit & filius hoīs nationi isti. Regina Austrī
surgit in iudicio cū viris nationis huius, & cōdēnabit illos, quia
venit a finibus terre, vt audiret sapiētiā Solomonis, & ecce plus-
quā Solomon hoc in loco. Viri Niniuitæ surgēt in iudicio cū na-
tione hac, & cōdēnabunt illā, quia ad pœnitentiā adducti sunt
prædicatione Ionæ, & ecce plusquā Iona hoc in loco. Nemo la-
cernā accendit, & in abscondito ponit, neq; subter modiū, sed su-
per candelabrū, vt qui ingrediuntur, lumen videāt. Lucerna cor-
poris est oculus. Cū igit̄ oculus tuus fuerit simplex, totū quoq;
corpus tuū lucidū erit. Quod si malus fuerit, etiā corpus tuū te-
nebrōsum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.
Si ergo corpus tuū totū lucidum fuerit, non habens aliquā par-

rem tenebrosam, sic erit lucidū totū, vt cū lucerna fulgore illuminat
 te Et cū loquereē, rogauit illū qdā pharisæus, vt pranderet apud
 se. Iesus autē ingressus accubuit. Pharisæus autē cū vidisset admira-
 tus est, quod non prius lauisset ante prandiū. Et ait dñs ad illum.
 Nunc vos pharisæi exteriora poculi, catiniquē mūdatis, & quod
 intus est vestri, plenū est rapina & malicia, stulti, nonne q̄ fecit qd
 foris est, etiā id quod intus est, fecit? Veruntamen quod superest,
 date eleemosynā, & ecce omīa munda sunt vobis. Sed vae vobis
 pharisæis, quia decimatis mentā & rutā & quoduis olus, & præ-
 teritis iudiciū & charitatē dei. Imo hæc oportuit facere, & illa nō
 omittere Vae vobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in
 synagogis, & salutationes in foro. Vae vobis scribæ & pharisæi
 hypocritæ, quia estis vt monumenta quæ non apparent, & hoīes
 ambulantes super nesciunt. Respondens autē quidā ex legisperi-
 tis, ait illi: Magister, hæc dicēs etiā nos afficis contumelia. At ille
 ait: Et vobis legisperitis vae, quia oneratis hoīes oneribus, quæ
 portare nō p̄nt, & ipsi vno digito vestro non attingitis sarcinas.
 Vae vobis, quia ædificatis monumenta prophetarū, patres autē ve-
 stri occiderūt illos, profecto testamini, quod cōprobat is facta pa-
 trum vestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, vos autē ædi-
 ficatis eorū sepulchra. Propterea & sapientia dei dixit: Mittā ad
 illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequenē,
 vt requirāt sanguis, oīm prophetarū, q̄ effundit̄ a constitutione
 mundi, a natione ista, a sanguine Abel vsq̄ ad sanguinē Zacha-
 riæ, qui periit inter altare & ædē, profecto dico vobis, requiratur

SECUNDVM.

ab hac natione. Væ vobis legisperitis, q̄a tulistis clauē scientiæ,
ipsi nō introistis, & eos qui introibant, vetuistis. Cū aut̄ hæc ad il-
los diceret, cœperunt legisperiti & pharisæi grauit̄ insistere, &
captiose interrogare eum de multis, insidiantes ei. & quærentes
aliquid venari ex ore eius, quo accusarent eum.

¶ CAPVT. XII.

¶ Vm aut̄ cōuenisset innumera turbæ multitudo adeo
e vt se inuicē conculcarent, cœpit dicere ad discipulos
suos, primū, caute vobis ipsi a fermēto pharisæo
quod est hypocrisis. Nihil em̄ opertū est, quod non reuelabitur:
neq̄ absconditū, quod non scietur. Quoniā quæ in tenebris dixi-
stis, in lumie audient̄, & quod in aurē locuti estis in conclauibus,
prædicabit̄ in tectis. Dico aut̄ vobis amicis meis. Ne terreamini
ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod ampli-
us faciāt. Offendā aut̄ vobis quæ timeatis. Time eū, qui postq̄
occiderit, habet potestātē coniiciendi in gehennā, certe dico vo-
bis, hunc time. Nonne quinq̄ passeruli veniunt minutis assi-
bus duobus, & vnus ex illis non est in obliuione corā deo. Quin-
& capilli capitis vestri oēs nūerati sunt, nolite ergo timere, mitis
passeribus pluris estis. Dico aut̄ vobis, om̄is quicunq̄ confessus
fuerit me corā hoibus, & fili⁹ hoīs confitebit̄ illū corā angelis
dei. Qui aut̄ negauerit me corā hoīb⁹, negabit̄ corā angelis dei.
Et quisquis loquit̄ dictū in filiū hoīs, remitte eū illi, ei vero qui in
spiritū sanctū conuiciū dixerit, non remitte eū: Cū aut̄ adduxerint
vos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite solliciti